

**Oratio ex Harveii instituto habita in aedibus Collegii Regalis Medicorum die Junii 25, 1835 / ab Henrico Halford.**

**Contributors**

Halford, Henry, 1766-1844.  
Royal College of Surgeons of England

**Publication/Creation**

London : John Murray, 1835.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/bmhpjj57>

**Provider**

Royal College of Surgeons

**License and attribution**

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

*from the Author*  
①

*172a 157*

ORATIO

EX

HARVEII INSTITUTO


HABITA IN ÆDIBUS

COLLEGII REGALIS MEDICORUM

DIE JUNII 25, 1835

AB HENRICO HALFORD,

REGIS ET REGINÆ MEDICO, PRÆSIDE.



Digitized by the Internet Archive  
in 2016

<https://archive.org/details/b22313412>

Ms. A. 157

# ORATIO

EX

# HARVEII INSTITUTO



HABITA IN ÆDIBUS

COLLEGII REGALIS MEDICORUM

DIE JUNII 25, 1835

AB HENRICO HALFORD,

REGIS ET REGINÆ MEDICO, PRÆSIDE.



*Basire sc*

LONDON:

JOHN MURRAY, ALBEMARLE STREET.

MDCCCXXXV.

ORATIO

IN ANNAE INSTITUTE

HABITAE A. 1810

COLLEGIUM REGIUM MONTANUM


IN ANNO 1810

A. B. HENNINGSEN HALLORUM

IN ANNO 1810

LONDON :

PRINTED BY WILLIAM CLOWES AND SONS,  
Stamford Street.



ORATIO EX HARVEII INSTITUTO.

INVITUS dolensque prodeo coram vobis,  
Socii, solemnî munere functurus, alteri eheu!  
frustrâ demandato, quem mors immatura  
præripuit. Doleo et acerbè fero tam inopi-  
natum casum; sed me recreat et reficit con-  
sensus hic, et conspectus vester. Cum enim  
intueor et contemplor unumquemque ves-  
trûm, neminem in hoc Sociorum numero  
video, quem non TUTHILLII integerrima vita,  
modestissimi mores, summa fides, innocentia,  
sibi devinxerint; neminem qui tantam pie-  
tatem, et virtutem ex oculis sublatam, desi-  
derio non prosequatur.

TUTHILLII valetudo, a primâ usque pue-  
ritiâ tenera et inconstans, subitò in discrimen  
præcipitata est insalubri nuper aëris consti-

tutione, et asperâ arteriâ graviter inflammatione correptâ, spiritus, ægrè, et non nisi magno labore ac nisu, dies sex noctesque ducitur. Tandem ad tracheam cultro anatomico incidendam, tanquam ad sacram anchoram, ipso hortante, confugimus. Sed frustrâ—nam peracto vix ac ne vix quidem opere consumptus est.

O! incertam vitæ conditionem, et inania artis nostræ subsidia! Quæ vanâ nos spe producunt, et, tacto prope littore, mediis in fluctibus obruunt!

Erant in TUTHILLIO plurimæ litteræ, nec eæ vulgares, sed reconditæ. Erant illi ex severâ disciplinâ derivata et penitùs animo infixâ ea Matheseôs principia, quæ ad philosophiam colendam planè necessaria sunt. Testis est Cantabrigia, quæ primi ordinis honores ei detulerat. Testes vos estis, qui in Pharmacopœiâ istâ olim condendâ, et in alterâ jam in lucem proditurâ, auxilium ejus

apprimè utile cognovistis—et quicquid e Chemiâ feliciter hauserat summâ modestiâ, summo tamen studio prolatum.

Erat in illo, porrò, gravitas, sine severitate, et cunctatio quædam respondendi, ut nihil non consideratum exiret ab ore. Accedebat, etiam, iudicium acre, limatum, exercitatum, et benignitas quædam et clementia quæ eum ad mentis morbos tractandos præ cæteris aptum habilemque reddiderant.

Cogitanti mihi de hâc re, mirum sæpe visum est quâ de causâ Medici hodierni partitionem hanc artis nostræ fecerint, seposuerintque eos qui animi affectibus subvenire soleant, ab iis qui in morbis corporis curandis exercitati fuerint. Quid enim? Cum Homo confletur ex animo et corpore, nil patitur illud quin hic quoque in cõsortium mali trahatur. Porrò nemo poterit esse Medicus omni laude cumulatus



nisi fuerit omnium animi motuûm æque et ægrotationum corporis scientiam consecutus. Tollendos igitur hos limites esse puto, et philosophiam Medicinæ sociam et ministram, uti admonet Hippocrates, adsciscendam; nec in Pharmacopolarum officinis tantum, sed in scholis quoque sapientûm, quærenda remedia malorum; quod comprobat etiam Horatii effatum:

“Sunt verba et voces quibus hunc lenire dolorem  
Possis, et magnam morbi deponere partem.”

Nec minore desiderio lugemus MATONUM ante diem abreptum—mitem, gravem, et artis suæ peritum. Erat enim cùm instructus optimè, tum etiam scientiâ atque usu perfectè planèque Medicus. Quantum in rebus Chemicis investigandis præstiterat TUTHILLIUS, tantum antecelluit MATONUS in Botanicis—nec extitit unquam quisquam majori in hanc domum pietate, nec cui dignitas vestra carior esset; aut quo adjutore consiliorum

nostrorum in ægrorum miseriis sublevandis uti potius gaudebamus. Etenim mores ei candidi et ingenui ultrò nos alliciebant, non emolumento captantes aliquo, sed trahentes suâ vi et dignitate; nam quod decens et honestum esset facilè percipiebat, nec alteri faciebat unquam quod sibi faciendum noluisset.

Quod liberos non habuit quibus et patrimonium paterni nominis, et opes relinqueret, moderatio rei familiaris in suum usum definita erat, nec tam facultatem et copiam expetendam putabat, quam et in utendo rationem, et, quod famam nondum adeptis interest, in carendo patientiam.—Salve æternum, amicissime Vir! æternumque vale!

Nec ingratum fore censeo vobis, Socii, si in altero nomine paulum immorer, et in tuos cineres, RICARDE POWELL! “purpureos spargam flores.” Tu etenim de Pathologiâ quædam optimè perpensa protulisti. Et in medicinâ administrandâ optimorum Ma-

gistrorum vestigiis insistens Naturam ducem semper secutus es, et quosdam nervorum morbos proprio Marte debellâsti. Hæc Acta nostra litteraria intuenti facile patent—Hæc Nosocomii S<sup>cti</sup>. Bartholomei memorabilia testantur et confirmant. Tuus est honos igitur in ærarium nostrum, quicquid potuisti, coniecisse; tua laus, aliquantulum de miseriis et doloribus humanæ conditionis detraxisse. Nec levis est illa quidem, nam quorum ingeniis hæc referuntur accepta, ab iis, et Collegii nostri, et patriæ fama adaucta est.

Sed neque finis luctui nostro aut modus prius esse debet, quàm HENRICUM AINSLIE, æqualem mihi, eundemque amicissimum deflevero. Is cum Cantabrigiæ suæ prima labra scientiæ admovisset, ibi tam pleno se proluit haustu, ut præstantissimorum et summi ingenii atque industriæ juvenum, actis examinationibus facilè Princeps salutaretur, fratre suo majore natu proximum honoris

locum obtinente. Hisce sub auspiciis, cum ad medicinam exercendam se accinxisset, quis non ei pateret aditus ad opes, ad famam, ad amplitudinem? Omnes omnia bona dicere, et laudare fortunas Medici, cui visa sunt et fausta omnia ac felicia in procinctu stare.

At ea est tamèn, quodammodo, artis nostræ conditio, ut Medicus, quamvis sit eruditus, quamvis sit in omni scientiâ ad artem suam pertinente, instructissimus, si fuerit idem in consuetudine vitæ et in moribus ac voluntatibus civium suorum hospes, parùm ei proderit oleum operamque inter calamos et scrinia consumpsisse.

Æger lecto sternitur moriturus; fractus viribus tum animi, tum corporis, in te, Medicum, defigit oculos, in te uno spem omnem boni, si quid boni fortassìs etiamnum sperandum sit, reponit. Quid agendum? Dubitasne? cunctatio ista frigiditas est, mora

mors. Non est hic dubitandi locus, non philosophandi, sed agendi.

Alter accessitur Medicus — convenitur — de ægro actum est planè, et conclamatum — sed judicium novi medici promptiùs et studiòsiùs oblatum, sed officiosa quædam sedulitas movent et conciliant animos assidentium, et perfricta frons isto favore et observantiâ perfruitur, quam modestia, candor et vera ac sana Medicina desideraverant frustrà. Ita multa nos, et in nostris rebus fefellerunt, sed ea est hominis natura, et erit;

“ Si vis me flere, dolendum est  
Primum ipsi tibi;”

si vis me fidem ponere in remediis tuis, næ! te tuam fidem in medicinâ tuâ ponendam postulo.

Et RICARDO POWELL, et HENRICO AINSLIE, utrique contigit, in medio vitæ cursu, et in maximâ utriusque utilitate, morbo defe-

cisse ; huic vesicæ hæmorrhagiâ, illi paralyti.—Num id incommodo eorum et detrimento, an potius lucro apponam ? Lucro sanè ; Mens etenim humana præsentire in posterum amat, et in futurum cupit prospicere. Sed in hac festinatione urbis ac vitæ, in hac ambitionis occupatione et contentione, earum rerum contemplationem, ad quas seriò et præcipuè animum intendere debemus, quippe quæ ad immortalitatem, et æternam nostram felicitatem spectant, faciliè differre solemus, quia, quanquam aliorum officiis otiosi semper simus, nobismet ipsis, tamen, nostrisque curis nunquam vacamus. Imperanda est igitur, et cogenda præteriti temporis accurata recordatio, ut vitæ futuræ felicitas, certis conditionibus promissa nobis, pietate et pœnitentiâ sedulo expetatur et elaboretur. Hoc iis emolumento fuit, hoc Dei Optimi Maximi benignitas voluit, et propterea, forsàn, morbis eos plecti iussit.

Me, si Deo placuerit ingravescentibus annis, imbecillitate valetudinis impediri,—esto.—Id omne benevolentiae Ejus acceptum referam. Sin otii fructus detur, cum sanâ mente in corpore sano, ad vitam anteaactam recogitandam, et vestem, quasi colligendum, quemadmodum\* Imperatori antecadendum in Capitolio curæ fuit, ut decorè, et cum dignitate discederet, laudem Deo majorem, majoresque gratias debiturus solvam.

Hæc de iis jure prædicanda esse censui, quos, intra annum jam clausum, de vobis et de arte vestrâ benè meritos, mors, eheu! deflenda, sustulit. Equidem non sum nescius hujusce temporis esse et loci præstantissi-

\* Cæsar Cassii brachium arreptum graphio trajecit; conatusque prosilire, alio vulnere tardatus est. Utque animadvertit, undique se strictis pugionibus peti, togâ caput obvolvitur: simul sinistrâ manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velatâ.—*Suetonius in vita Julii Cæsaris.*

mos ex annalibus nostris medicos, suâ quemque laude, prosequi; id quod olim quâ potui diligentîâ sum egomet aggressus; aliique Oratores vestri solemnî hâc laudatione, pleniùs ac meliùs, prosecuturi sunt. Sed detur occasionî venia, quippe verendum erat ne hi cari et æstimandi viri, quos novissimo desiderio ploravimus, debito suo præconio carituri essent; atque ita eorum fama ac memoria, quam vos tueri et conservare debetis, elapsa esset gradatîm et disparuisset, illacrymabilis et obliviscenda.

Accipite, igitur, Socii, in bonam partem, quod vestrâ fretus indulgentîâ, ne solemne munus et salutare deesset, pro virili, Oratoris erepti partibus hodie fungi sim ausus.

Vivite et valete !!

---



nos et annuibus vestris iudiciorum, sua  
 puerum laude, praedixit; id quod olim  
 quae potest diligentis animi egantur aggressus;  
 alique Oratorum vestri solenni hac lauda-  
 tione plenius ac iustius praesentur sunt.  
 Sed videtur occasum tenuis quippe veteri-  
 dum erat de hiis certis et sativandi vitis, quos  
 novissimum desiderio plerimum, debito suo  
 praecoriorum caritatem essent; atque ita eorum  
 fama ac memoria, quam vos tuum et conser-  
 vare debetis, elapsa esset gradum et dis-  
 pariter illud invidiosum et obliuiscenda.  
 et accipite, igitur, Socii, in bonum partem,  
 quod vestra sitis indulgentia, ne solenne  
 munus et salutare decesset pro virili. Oratoris  
 erepti partibus hodie iungi animi avarus.

Vivite et valetis !!

(Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through or a second column of text.)

MR HENRY HALLORNS ESQ

PRINTED BY

JOHN BAKER

PRINTED BY THE UNIVERSITY PRESS

IN THE CITY OF OXFORD

1850

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

# SIR HENRY HALFORD'S ESSAYS.

---

LATELY PUBLISHED BY MR. MURRAY.

---

POPULAR ESSAYS on some of the most important DISEASES. By SIR HENRY HALFORD, Bart., M.D., G.C.H., President of the Royal College of Physicians. A Second Edition. Post 8vo. 6s. 6d.

## CONTENTS.

- I. On the Climacteric Disease.
- II. On the necessity of Caution in estimating the Symptoms in the last Stages of some Diseases.
- III. On the Tic Douloureux.
- IV. Popular and Classical Illustrations of Insanity.
- V. On the Influence of Disease on the Mind.—The Death-Bed of George IV.
- VI. On the Brain Fever.
- VII. On the Treatment of Gout.
- VIII. On the White Swelling.
- IX. On the Treatment of Insanity.
- X. On the Death of some Illustrious Persons of Antiquity.
- XI. An Account of the opening of the Coffin of King Charles I. in 1813.

“The President of the Royal College of Physicians has produced, in these Essays, a delightful compound of professional knowledge and literary taste. Handled with skill and feeling such as his, subjects of medical research have not only nothing dry or repulsive about them, but are of deep and universal interest and attraction. His points of view and illustrations are, in general, those of a man of the world, as familiar with men and manners as with books; his language is that of a graceful scholar, and the reflections interspersed are not more remarkable for sagacity than agreeable for the benevolence and humane spirit which they reflect.”—*Quarterly Review*.

---

*Additional Essays, printed separately.*

- XII. On the Education and Conduct of a Physician. Post 8vo. 1s.
  - XIII. On the Deaths of some Eminent Persons of Modern Times. Post 8vo. 2s.
- 

JOHN MURRAY, Albemarle Street.